



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 44. Pisani Cardinales a Papa excommunicati, atque exauctorati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI
A. C. 1511.

§. XLIV.

Pisani Cardinales a Papa excommunicati, atque exauctorati.

Marian. lib. 30. n. 18. Cum vero summus Pontifex congregatis assidue negotium facefferet, ægre
Nic. Bosel. in inchoata Synodo Patres novis artibus si-
addit. ad bi providere compellebantur: vix enim
Chron. Nauc. hoc an 1511. Julius Synodum convocari, ac Cardina-
Raynald. l. c. n. 32. les, qui illam celebrari desiderabant, il-
Petr. Delph. l. 10. c. 28. luc accedere compererat, cum palam illos anathemate percuteret. Hi erant Carvajalus, Cosentinus, Macloviensis, ac Bajocensis Cardinales, qui suis beneficiis, ac dignitatibus spoliabantur. Equidem Papa inter ceteros prima vice Cardinalem Cosentinum non nominabat, veritus, ne Regis Catholici, cui sanguine junctus erat, indignationem incurreret, postquam vero Ferdinandus summo Pontifici significaverat, nequaquam illum a debita poena eximendum esse, eoquod Rege inscio, imo adversus illius mandata Pontifici adversaretur, suæque patriæ honorem prostitisset, mox Papa illum pari cum ceteris poena mulctabat. Eodem supplicio in Albretum, & Sanseverinatem ejusdem delicti complices animadvertere statuit; ast obstabant oppositiones expectatione graviores; major enim sacri Collegii pars hujus sententiæ acerbati

bitati ac rigori obluſtabatur, nec de-
erant, qui Confratrum fuorum excom-
municatorum crimen excufaturi affirma-
rent, eos in Canones haud peccaffe ex
eo, quod in tuto loco pro Eccleſiæ refor-
matione in ſuo capite & membris Syno-
dum deſideraſſent, atque ejusmodi Con-
cilium celebrari adlaboraſſent.

Sæcul. XVI.
A.C. 1511.

§. XLV.

Gravis Papæ ægritudo.

Verum hæ rationes magis exulcerabant
Pontificis animum, cunctosque fer-
me Cardinales ſibi inſenſos reputabat;
tanto igitur tædiorum concuſſu, ac neg-
lecta valetudinis ſuæ cura attritus, in-
eunte mense Auguſto in gravem morbum
incidit, ac die decima ſeptima adeo in-
genti animi languore oppreſſus eſt, ut
a ſuis domeſticis pro mortuo haberetur:
unde mortis fama per urbem ſparſa, mul-
ti Cardinales abſentes, Romam iter in-
ſtituebant, ibidemque nonnulli Proceres
(*) populum ad recuperandam liberta-
tem incitabant. Nihilominus Pontifex
linquentem animum non nihil revocabat,
quamvis per aliquot dies a mortis peri-
culo

Guicc. l. 10.
Spond. l. c.
n. 17.
Raynald. hoc
an. n. 61.

R 4

culo

(*) Ceteri Historici referunt, hos non fuiſ-
ſe Proceres, ſed ſeditioſos quosdam homin-
um.